UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXIII. De Solutionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

natus fuerit ſolvere.

De Solutionibus.

TIT. XXIII.

Solutione quando tollitur obligatio?

SI vel ipſemet obligatus principaliter, vel alius ejus nomine ſolvat, debitore principali licet invito: quia etiam ignorantis & inviti licet facere conditionem meliorem. *l. 23. D. h. t. l. ſolvere 53. D. eod.*

Quid ſi debitor antequam ſolverit moriatur?

Tunc ejus hæres tenetur ſolvere, quia hæres ſuccedit in locum & jus defuncti, & ſecundum naturam eſt, ut ad quem pervenerint bona defuncti, idem & ſubeat onera æris alieni. *l. 59. & l. 62. de R. I. l. 10. D. eod.*

An igitur Prælatus tenebitur ſolvere æs alienum à ſuo prædeceſſore contractum?

Non aliud, aut aliàs, quàm quod pro neceſſitate vel utilitate Eccleſiæ, cui præeſt, cōtractū eſt. Accipit enim bona & poſſeſſiones Eccleſiæ velut hære-

dita-

ditatem quandam ſui prædeceſſoris. Non quòd Prælatus ſucceſſor ſit verè hæres ſui prædeceſſoris, ſed quia in adminiſtratione rerum Eccleſiæ ſuccedat in ejus locum.

can. Cum verior. verſ. abſit XIII. q. 8.

Quid ſi Prælatus Eccleſiam pro alienis obliget debitis?

Eo caſu Eccleſia non tenebitur; imò Prælatus ita obligans & gravans Eccleſiam, removendus eſt ab adminiſtratione rerum Eccleſiæ: quia hoc faciendo abutitur officio boni adminiſtratoris.

c. 2. h. t.

Quid ſi debitor ſit non ſolvendo?

Is olim poterat trahi in carcerem. Quod quia ſatis durum & inhumanum videbatur, permiſſum deinde fuit debitori cedere bonis; quo illud conſequitur, ut & carceres evitet, & in plus conveniri non poſſit quàm quatenus facere poteſt.

l. 4. D. De ceſſ. bon. & l. 1. C. eod.

An etiam hoc in Clerico, qui ſolvendo non eſt, locum habebit?

Ita veteres plerique, ſcilicet ad prædictum effectum teneri etiã Clericum cedere bonis. Alii contrà Clericũ propter debitum civile volunt non indigere

C. l. & Dd. in c. Ode-

gere hoc ceſſioni beneficio; & nihilominus gaudere beneficio competentiæ, neque trahi poſſe in carcerem; ex empio militis. *ar dus ſ. t. l Miles 6. & l. 18. D. de re jud.*

De Donationibus.

TIT. XXIV.

Tit. hunc de donationibus fortè ideò S. Pont. ſegregavi à contractibus, ut à donationibus propriis, de quibus hic agitur, perveniret paulatim ad ultimas voluntates, quæ etiam quædam ſunt donationes, ſed impropriæ.

Quid eſt Donatio?

EST liberalitas, quæ fit nullo jure cogente. *l. 1. ſin pr. & l Donari 29. D. h. t.*

Quotuplex eſt Donatio?

Alia eſt mortis cauſâ, quæ fit propter mortis ſuſpicionem: eſtque impropria hæc donatio, quia non fit ex mera liberalitate. Alia inter vivos, quæ fit ſine ulla mortis ſuſpicione, ex mera liberalitate; & eſt hæc pura, ſimplex & propriè dicta donatio.

Dona-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN